VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG
Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh. Seite 33r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Iudicum

custodibus. et ibi tota nocte cum silentio
prestolantes. ut facto mane excuntem oc
ciderent. Dormiuit autem samson usque
ad noctis medium: et inde consurgens
apprehendit ambas porte fores cum pos
tibus suis et sera: inpositasque humeris por
tauit ad uerticem montis qui respicit
hebron. Post hec amauit mulierem que
habitabat in ualle sorech. et uocabatur
dalila. Ueneruntque ad eam principes phi
listinorum atque dixerunt. Decipe eum et
disce ab illo in quo tantam habeat for
titudinem: et quomodo eum ualeamus
superare et uinctum affligere. Quod si fe
ceris. dabimus tibi singuli mille cen
tum argenteos. Locuta est ergo dalila ad sam
son. Dic michi obsecro in quo tua sit ma
xima fortitudo. et quid sit quod ligatus
erumpere nequeas. Cui respondit sam
son. Si septem neruicis funibus nec dum
siccis. et adhuc humentibus ligatus fuero.
infirmus ero ut ceteri homines. Attule
runtque ad eam satrape philistinorum septem
funes ut dixerat. Quibus uinxit eum la
tentibus apud se insidiis. et in cubiculo
finem rei exspectantibus: clamauitque ad
eum. Philistum super te samson. Qui rupit
uincula. quomodo si rumpat quis filum
stuppe tortum staminis sputamine cum
odorem ignis acceperit: et non est cognitum in
quo esset fortitudo eius. Dixitque ad eum da
lila. Ecce illusisti michi: et falsum locutus
es. saltem indica nunc quo ligari debeas.
Cui ille respondit. Si ligatus fuero no
uis funibus qui nunquam fuerunt in opere.
infirmus ero et aliorum hominum simi
lis. Quibus rursum dalila uinxit eum
et clamauit. philistum super te samson.
In cubiculo insidiis preparatis. qui ita
rupit uincula quasi fila telarum. Dixitque
dalila rursum ad eum. Usque quo decipies
me et falsum loqueris: Ostende quo uinci
debeas. Si inquit septem crines capitis
mei cum licio plexueris. et clauum is
circum ligatum terre fixeris infirmus
ero. Quod cum fecisset dalila: dixit ad
eum. Philistum super te samson. Qui

consurgens de sompno. extraxit cla
uum cum crinibus et licio. Dixitque
ad eum dalila. Quomodo dicis quod a
mas me: cum animus tuus non sit
mecum? Per tres uices mentitus es michi.
et noluisti dicere in quo sit maxima for
titudo tua. Cumque molesta ei esset. et
per multos dies iugiter adheret spatium
ac quietem non tribuens: defecit anima
eius. et ad mortem usque lassata est. Tunc
aperiens ueritatem rei dixit ad eam.
Ferrum numquam ascendit super caput
meum: quia nazareus id est consecratus sum
deo de utero matris mee. Si rasum fu
erit caput meum recedet a me fortitu
do mea. et defitiam: eroque ut ceteri homines.
Uidens illa quod confessus ei esset omnem
animum suum. misit ad principes phi
listinorum atque mandauit. Ascendite hic
semel: quia nunc michi aperuit cor suum. Qui
ascenderunt assumpta pecunia quam pro
miserant. At illa dormire fecit eum
super genua sua. et in sinu suo reclinare
caput. Uocauitque tonsorem. et rasit sep
tem crines eius: et cepit abicere eum
et a se repellere. Statim enim ab eo for
titudo recessit. Dixitque dalila. Philisti
im super te samson. Qui de sompno con
surgens dixit in animo suo. Egrediar
sicut ante feci. et me excutiam: nesciens
quod dominus recessisset ab eo. Quem cum appre
hendissent philistim. statim eruerunt
oculos eius: et duxerunt gazam. uin
ctum catenis: et clausum in carcere mo
lere fecerunt. iamque capilli eius renasci
ceperunt. et principes philistinorum conuene
runt in unum: ut immolarent hosti
as magnificas dagon deo suo. et epu
larentur dicentes. Tradidit deus noster inimi
cum nostrum samson in manus nostras. Quod
etiam populus uidens. laudabat deum suum
eademque dicebat. Tradidit deus noster in ma
nus nostras aduersarium: qui deleuit ter
ram nostram et occidit plurimos. Letan
tesque per conuiuia sumptis iam epulis: pre
ceperunt ut uocaretur samson: et ante eos
luderet. Qui ad ductus de carcere. lude